

27

Jo. Christoph. Gottschedio,
 V. M. et Magnif. Prof. Phil:
 P. Ord. et variarum Societatum
 eruditarum Sodali,
 Amicorum suorum Antistiti,
 Christianus Crusius S.

Non tam fero insigni humanitati Tuae et
 praeclaris erga me meritis gratias agerem,
 nisi prope pro certo constitutum habuissem
 Lipsiam ad aliquot saltem dies excurrere:
 quod ipsum tamen necdum mihi licet. Num
 mense Octobri, quod percipio, satisfacere desi-
 derio meo, et comiter TE aliosque fautores
 salutandi officio defungi possim, equidem vide-
 bo. Ad Grohmannum TVM, v. pl. R., et ad
 Ranischium, v. Cl., omnia perscripsi, quae ad
 editionem schediorum meorum pertinent. Illius,
 quia est vir humanissimus politissimusque, adfi-
 nitatem TIBI admodum gratulor, ut omnibus
 nuntiis lactis de TE, de honore, et de felicitate

Non, singularem in modum delector; quatenus
 venerationem et amorem fide antiqua et verissi-
 mis virtutibus mereris, exemploque et meritis hoc
 saeculum tam iuuas, quam ornas. Neae res
 habent, uti solent; nisi quod interdum ex
 aduersis quoque secunda nascantur. Reliqua
 differam, donec coram meam voluntatem
 et studia testandi facultas contigerit. Sed
 per fidem, Vir magne, Non, quid Schumanno
 vestrati mentis est, quod insigne mendacium
 in 2 Pyrepsolv vestris publicatum, quasi progra-
 mata in optimos Principes, Weickhmannus
 et Trillerus scripserint, revocare, ut par erat
 et frontem hominis ingenui decebat, recusat?
 Vertumnis certe iniquissimis natum existimes-
 si quis studio et consilio talia faciat. Vale.
 D. vitebergae Non. Jun. c1866 LXIV.